

4920 tabula aerea. Reperta Zenani, nunc (Brixiae) apud Hier. Bargnano ROSSI (1616). Brixiae apud Ludovicum Soncinum patrem FRANC. SONCINUS (1610). Veronae in museo Moscardiano MOSCARDUS (1672) ALECCHI MAFFEI. Hodie ubi sit, ignoro.

M · CRASSO · FRVGI ·  
L · PISONE · COS. p. C. 27  
SENATVS · POPVLVSQVE · THIMILI  
GENSIS · HOSPITIVM · FECERVNT · CVM  
5 C · SILIO · C · F · FAB · AVIOLA · PRAEF · FABR  
EVMQVE · LIBEROS · POSTEROSQVE  
EORVM · SIBI · LIBERIS · POSTERISQVE  
C SVIS · PATRONVM · COPTAVERVNT ·  
SILIVS · AVIOLA · PRAEF · FABR · THIMILI sic  
10 LIGENS · VNIVERSOS · SIBI · LIBERIS · POST  
TERISQVE · SVIS · SVORVMQVE · IN · FIDEM sic  
CLIENTELAMQVE · SVAM · SVORVMQVE  
RECEPIT · EGERVNT · LEGATI  
AZRVBAL · SVFES · ANNOBALIS · F · AGDIBIL  
15 BONCARTH · IDDIBALIS · F · RISVIL  
ANNNO · AZRVBALIS · F · AVCFIARZO  
I · AMMICARIS · F · AGDIBIL  
L · BALITHONIS · F · SIRNI ·

Ectypum ex ipso aere sumptum ed. Maffei *ist. dipl.* (Mantuae 1727) ad p. 38 et M. V. 473 (cf. p. 189). Referunt praeterea non plenior ex codice Francisci Soncini scr. a. 1610 Scarella apud Sambucam Cenom. p. 224; Rossius 1616 p. 182 (inde per Tomasinum Reines. 7, 17 n. 2); Moscardus mus. 1672 p. 414; Gagliardi Cenom. p. 130 et apud Sambucam Cenom. p. 123 aere expressam ad exemplum missum ab Oct. Alechio; Mur. 302, 2 ex Maffei hist. dipl.; Gnocchi p. 60.

9 in aere est proprie TEHMILI. — 16 hic quoque legendum esse puto AVCHARZO; cf. ad v. 9.

4921 tabula aerea. Reperta Zenani, nunc (Brixiae) apud Hier. Bargnano ROSSI (1616). Ignorare se ubi extet ait SONCINUS in codice Averoldiano scripto a. 1610 (teste Scarella apud Sambucam Cenom. p. 225). — Romae GRUT.

L · SILANO · FLAM · MART  
C · VELLAEO · TVTORE · CoS p. C. 287  
PRIDIE · NON · DECEMB  
CIVITAS · APISA · MAIVS · HOSPITIVM  
5 FECIT · CVM · C · SILIO · C · F · FAB · AVIOLA  
TRIB · MILIT · LEG · III · AVG · PRAEF · FABR  
EVM · LIBEROSQVE · POSTEROSQVE · EIVS  
SIBI · LIBERIS · POSTERISQVE · SVIS · PA  
TRONVM · COPTAVERVNT  
10 C · SILIVS · C · F · FAB · AVIOLA · TRIB · MILIT  
LEG · III · AVG · PR · FABR · CIVITATEM · API  
SAM · MAIVS · LIBEROS · POSTEROSQVE  
EORVM · SIBI · LIBERIS · POSTERISQVE  
SVIS · IN · FIDEM · CLIENTELAMQVE  
15 RECEPIT · EGERVNT  
HASDRVBAL · IVMMO · IADER · IVMMON  
HASDRVBAL · HANNONIS · BANNO · GABALI  
CHINISDO · SVFES · ARISTO · APOI  
SAEPO · CHANAEO · LEGATI

Grut. 470, 1 a Fulvio Ursino. Aliunde Rossi 1616 p. 183. Ex codice Francisci Soncini, qui refert inter deperditas, Scarella apud Sambucam Cenom. p. 225. A prioribus Gnocchi ms. p. 62; Orell. 4057.

In vv. div. conveniunt Grut. Scar. — 1 SILLANO Rossi Scar. — 2 VELLEO Rossi. — COSS Rossi. — 3 PRID-NON-DECEMB Rossi. — 4 APISA Rossi Scar., APISIA Grut. — 6 MIL Scar. — PRAEFEC Rossi. — 8 POSTERISQ Rossi. — 9 COPTAVERVNT 'sic' Scar., COPTAVERVNT Rossi, COPTARVNT Grut. — 10 C · F · Grut. Rossi, C · Scar. — 11 PREFEC Rossi. — CIVITATEM om. Rossi. — 12 SAM Rossi Scar., SIAM Grut. — 16 IVMMON Grut., IVMMI Rossi, IAMM X Scar. — 18 SVFFES Rossi Scar., SVFETES Grut. — ARISTO APOI Grut., ARISIOI APOI Scar., om. in hiatu Rossi. — 19 CHANEBO Grut.

Consules L. Silanum flaminem Martialem et C. Vellaeum Tutorem Borghesius (opp. 5, 204; cf. Marinius Arv. p. 788) rettulit ad anni 27 semestre secundum, propterea quod Aviola is, de quo agitur, in tabulis n. 4919. 4920 dictus *praefectus fabrum* nude, hic praeterea tribunatu se praeditum ostendit, quo probabile est paullo post eum exornatum esse. At fasti Arvalium nuper docuerunt eius semestris consules fuisse P. Le . . . et C. Sall . . . , unde Henzenus (Arv. p. 97) Silano et Tutori semestre alterum a. 28 adsignat, adnotans ab a. 29 ad 33 fastos plenos id de quo agimus consulum par nequaquam admittere. De consulibus M. Silano et Vellaeo Tutore, qui videntur pertinere ad secundum semestre a. 46, vide quae dixi in Hermae vol. 4 p. 105.

4922 tabula aerea. Reperta Zenani, nunc (Brixiae) apud Hier. Bargnano ROSSI (1616). Ignorare se ubi extet ait SONCINUS in codice Averoldiano scripto a. 1610 (teste Scarella apud Sambucam Cenom. p. 225). — Romae GRUT.

L · SILANO · FLAMINe  
MARTIALI · C · VELLAEO  
TVTORE CoS  
NON · DECEMBR  
5 SENATVS · POPVLVSQVE · SIAGITANVS · HOSPI  
TIVM · FECERVNT · CVM · C · SILIO · C · F · FAB · AVIOLA  
TRIB · MIL · LEG · III · AVG · PRAEFECTO · FABRVM  
EVMQVE · POSTEROSQVE · EIVS · SIBI · POSTERIS  
QVE · SVIS · PATRONVM · COPTAVERVNT  
10 C · SILIVS · C · F · FAB · AVIOLA · EOS · POSTEROSQVE  
EORVM · IN · FIDEM · CLIENTELAMQVE · SVAM  
RECEPIT · AGENTE · CELERE · IMILCHONIS  
GVLALSAE · FILIO · SVFETE  
p. Chr. 28?

Grut. 470, 2 a Fulvio Ursino. Aliunde Rossi 1616 p. 183. Ex codice Francisci Soncini, qui refert inter deperditas, Scarella apud Sambucam Cenom. p. 224. A prioribus Gnocchi p. 61.

In vv. divisione conveniunt Grut. Scar. — 1 SILLANO Rossi Scar. — FLAMINI traditur. — 2 VELLEO Rossi. — 3 COSS Rossi. — 4 om. Rossi. — 6 FAB om. Rossi. — 7 FABR Rossi. — 9 COPTAVERVNT Rossi. — 10 FAB om. Grut. — 12 IMILCHONIS Rossi Scar., MILCHONIS Grut. — 13 GVLISAE · F · Rossi. — SVFFETE Rossi Scar.

4923 in villa Zenani vallis Trumpiae MED. Zenani apud portam Feraciorum ARRAG. Rep. in flumine Melle prope Zenana et per Decium Advocatum posita ante eius portam Zenani MANUT. similiterque TOTT. et BIANCH. Ex dono Avogadri Brixiae in aedibus Iulii Gagliardi GAGLIARDO similiterque GNOCCHI. Galeardii dederunt museo IOLI.

protome viri      protome mulieris torquatae  
L · MESTRIVS  
C · F · FABIA  
VE · TERANVS · LEG · XX  
T · F · I  
5 ET · ESDRONI · CANGINAI  
QVEM · HABVIT · PRO sic  
VXORE · VIVOS · VIVAE · FIER  
ROGAVIT  
instrumenta nescio quae

Contuli. Habent cod. Magliabecchianus 28, 34 f. 264; Arragonensis ms. n. 242 = 47, ed. n. 50; Mediceus in add. n. 246 et denuo n. 292; Totti p. 96 n. 221; Rossi p. 270; Bianchini ms. Veron. (inde omnino Fabretti 754, 605); Gagliardi Cenom. p. 118, 299 = Sambuca Cenom. p. 118; Gnocchi ms. p. 108; Ioli cat. mus. f. 17; Mazzoldi *strenna Bresciana per l'a.* 1851 in tabula ad p. 57.